



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

v. Qui promoueri ad ordines non possunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

dandi ius habent, nisi mandato speciali à suo Pontifice hoc iuris habeant, vel nisi Episcopus in oris agat longinquis: tunc enim eius vicarius generalis in spiritualibus commendatitias literas dabit: at si interregnum fit, capitulum, vel is, ad quem sede vacante spiritualium devoluta fuerit administratio, huiusmodi literas concedent<sup>a</sup>.

Presbyter quoque, qui Episcopalem in laicos habet Iurisdictionem, & Abbas presbyterorum ordini associatus, & benedictionis munere donatus, possunt Psalmistas creare<sup>b</sup>. Praefecti locorum non exemptorum, eorumque socij ab Episcopis promoveri possunt, quorum in diocesi resident, quamdiu ibi morantur, quamvis inde oriundi non sint<sup>c</sup>. Graeci à Latinis, & versa vice, ubi eorum ritus differunt, ad ordines provehi non possunt, ne rituum fiant mixtiones<sup>d</sup>. Sed in concilio generali Innocentiano provulsum est, ut Episcopus, qui varios linguis & ritibus populos regit, viros idoneos praeficiat, qui iuxta eorum ritus eis Sacramenta Ecclesiastica sufficiant, & diuina officia celebrent<sup>e</sup>. At si quis Transalpinus ab Italo Episcopo ordinum consociationem postulet, non debet eum Episcopus promoveri, nisi vel à summo Pontifice specialem licentiã habuerit, vel Episcopi,

A cui ille subest, literas patentes legerit, quae causata ad hoc idoneam testentur, quare ipse noluerit, aut non potuerit ad ordines petitos admittere<sup>f</sup>. Non omittendum est eum, qui à summo Pontifice ad aliquem ordinem euectus sit, non posse ad sublimiores pariter ab alio, quàm à summo Pontifice, promoveri, licentiã ipsius summi Pontificis non impetrata: non ideo tamen ordinarij subtrahitur potestati<sup>g</sup>. Episcopus autem magis proprio vocabulo consecrari dicitur: tamen & hunc ordinem esse supra dixerimus, de quo alias.

**QVI PROMOVERI AD ordines non possunt,**

TITVLVS V.

**N**on tamen cuicumque petenti est supra dictorum ordinum aditus patefaciendus, certae enim personae prohibentur: quibus cognitis, simul intelligemus, quae admitti soleant. Et primum Clericus fieri non potest seruus<sup>i</sup>: qui tamen matre est ingenua editus, etsi patrem habeat seruum, cum seruus ipse non sit, ab ordinibus non arceretur<sup>k</sup>. Item qui sunt ex fornicatione, praesertim à presbyteris, nati, ad sacros ordines non ascendunt, nisi ut monachi fiant, vel in congregatione Canonica regulariter viuētes<sup>l</sup>: nullo tamen modo ad praefecturas

<sup>a</sup> d. e. cum nullus.

<sup>b</sup> c. cum contingat. ubi Ab. de eta te & qual. e. p. ubi gl. distin. 69.

<sup>c</sup> d. e. cum nullus. §. si. de temp. or.

<sup>d</sup> c. cum secundum c. quid ad translationem. de temp. ord.

<sup>e</sup> ca. quoniam in plerisque. de offi. ord.

<sup>f</sup> c. p. ubi gl. ner. Italian. de tem. ord. in 6.

<sup>g</sup> c. cum in scribendis. de tem. ord.

<sup>h</sup> c. per tuas. de maio. & obedient.

<sup>i</sup> c. p. de ser. non ordin.

<sup>k</sup> c. si. eo. tit.

<sup>l</sup> d. e. p. de sta. presbyter.



*a d.c.p.* C<sup>u</sup>ras admittuntur<sup>a</sup>. Nec ta-  
men adimitur Episcopo facul-  
tas indulgēdi illegitimis, vt ad  
minores ordines, & beneficia  
simplicia, & cura animarum so-  
luta peruenire possint: ad maio-  
res autem ordines & beneficia  
cum cura ascendere cupientes,  
sedē Rom. adire eos oportet<sup>b</sup>.  
*b d.c.p. de fil. presbyt. in 6.* Itē bigami, & qui ex Agathē-  
si concilio sibi indictam pœni-  
tētiā subierunt, ad sacerdoti-  
um non admittuntur<sup>c</sup>. Biga-  
mū autē intelligimus, qui duas  
nuptias expertus est, quamvis  
nūc omnino cælebs sit, & quā-  
vis alteram earum vxorum an-  
te baptismā habuisset<sup>d</sup>. Sed  
& si quis alterum cōiugium de  
facto consumārit, postquā mor-  
te primæ vxoris solutus ad sa-  
cros ordines promotus erat, bi-  
gamis annumerabitur propter  
affectum intentionis cum ope-  
re subsecuto, licet verē biga-  
mus non existat, cū sacramē-  
tum non desit. Vnde & ille, qui  
in subdiaconatus ordine cōsti-  
tutus de facto tantum, quia de  
iure non potuit, duxit viduam  
in vxorem, licet bigamus non  
existat, nec viduæ possit pro-  
priè dici maritus, cū inter i-  
psū & illam non fuerit vincu-  
lum cōiugij contractum, cum  
eo tamen contra doctrinam A-  
postoli tanquam cum marito  
viduæ dispensare non licet, nō  
propter Sacramenti defectum,  
sed effectū intentionis cum o-

**A** pere subsecuto<sup>e</sup>. Bigamus ta-  
men non censetur, qui plures  
concubinas habet<sup>f</sup>. Nec is,  
qui mulierem ab alio viro du-  
ctam, sed minimè cognitam du-  
xit vxorem, quia nec illa, nec i-  
pse carnem suam diuisit in plu-  
res, propter hoc impediri de-  
bet, quin possit ad sacerdoti-  
um promoueri<sup>g</sup>. Item qui pro-  
curatores, actores, aut tutores  
pupillorum, vel curatores fue-  
runt, non possunt, nisi onere de-  
posito, & reddita administra-  
tionis ratione, ad ordines ad-  
mitti<sup>h</sup>. Sed nec admittuntur,  
quorum corpus aliquo defectu  
deformatum est, veluti qui ma-  
nu carent, vel digitis frangen-  
dæ Eucharistiæ aptis<sup>i</sup>: par-  
uus tamen corporis defectus ni-  
hil impedit: putà vnguis, vel  
dentis detrimentum, oculive  
non deformis macula<sup>k</sup>. Et  
potest Episcopus presbytero,  
qui in monomachia digiti par-  
tem amiserit (non tamen tan-  
tam, quin possit sine scandalo  
solemniter celebrare) indulge-  
re, vt in ordine suo ministret<sup>l</sup>,  
quemadmodum etiam potest  
sua & Apostolica autoritate,  
sacerdoti alioqui idoneo sacer-  
dotale officium permittere, qui  
virilia sibi vltro amputarit, cre-  
dens sibi ingens hoc facto me-  
ritum apud deum quæsitum i-  
ri: huic tamen altaris non con-  
cedet ministerium<sup>m</sup>, nisi iusta  
quæpiam causa ad hoc eum im-

Cc

*e c. ft. de big.**f c. quia circa. eod. tit.**g c. debitum in fi. de biga.**h c. p. de ob. ad ratiocin.**i c. p. de corp. vit. et c. presbyterum. de cler. ægrot.**k c. 2. c. f. de corp. vit.**l c. p. de corp. vitia.**m c. signifi- cauit. extra. eo. de corp. vitia.*



*a c. ex parte. M.* pulisset<sup>a</sup>: at qui in cunabulis  
lectus est, licite promovetur<sup>b</sup>.

*b c. ex parte. B. eod. tit.* Item criminibus grauibus  
notati non promouentur: qui

*c. si. de temp. ordina.* tamen crimini occulto, homicidio excepto<sup>c</sup>, illigatus est, ex his, quæ, si foret manifesta, deponendo etiam delinquenti satis essent, ordinibus acceptis vti potest, acta prius pœnitentiæ illi indictæ parte: quinimò nec à sublimioribus arceri debet: amice quidem erit monendus, vt illos ne velit ambire<sup>d</sup>.

*d c. ex tenore. ubi Butr. de temp. ordi.* Illiteratus quoque non potest tonsuram primam capere.

Nec cõiugatus, nisi volens religionem intrare, aut ad sacros ordines promoueri: pro vt est sacris Canonibus diffi-

*e c. fin. de tēp. ord. in 6.* nitum<sup>e</sup>.

Et cum in teneris annis non possit consilij, & morum maturitas vigere, quæ ante ætatem vt plurimum venire nõ solent, idcirco certa ætas in singulis ordinibus desideratur: nam primum ad infimum etiam ordinem nemo infans, id est, minor septem annis admittitur, nisi vt

*f d. c. si. ubi gl. ner. infanti.* religioni se deuoeat<sup>f</sup>: ad quatuor autem alios ordines minores, vbi excessit infantiam, quis

*g glo. de. ij. in fi. de. eta. et qual. et gl. in summa. 77. distim.* aspirare potest<sup>g</sup>. At subdiaconus anno decimo octauo, Diaconus vice simo, presbyter quinto supra vice simum, Episcopus tricesimo quis

*h c. in singulis. 77. dist. d. de. sin.* potest esse<sup>h</sup>.

A D E T E M P O R I B V S  
ordinationum,

T I T V L V S V I.

**C**erta præterea tempora statuta sunt, extra quæ nefas sit ordinibus quempiã aggregari: nam statis quatuor anni tempestatibus, quibus ab Ecclesia indicuntur ieiunia, & sabbato, quo Christi exurgentis pie colitur & celebratur memoria, item sabbato, quod diẽ dominicam, quæ de passione dicitur, præcedit, quæ media quadragesimæ hebdomada est, sacri ordines expleri possunt: alij diebus non possunt, nisi ab ipso summo Pontifice: nec consuetudine vlla hoc ius mutari potest<sup>k</sup>: & supra dictis temporibus non obseruatis, qui cõtra hæc ad ordines fuerint recepti, ab illis tandiu reddi expertes debent, donec fuerint restitutionis gratiam consequuti, qui que eos admiserit, prohibetur alios deinceps ad hos ordines promouere<sup>l</sup>. Nec minus tamen hoc modo recepti caractere cõpuncti erunt: prohibetur enim tantum, quæ eius sunt ordinis, exequi, quamvis intra ordinem sine<sup>m</sup>. Minores autem ordines quibuslibet festis diebus vni, aut alteri conferri possunt<sup>n</sup>. Eadem autem persona eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos ordines sacros ascendere nequit: quinimò si quis aliquem eodem

*i c. ordiniter. 75. dist.*

*k c. sanè. de temp. ordi.*

*l c. cum quãdam. c. sanè. c. literas. extra. eod.*

*m c. consultationi. extra. eo. Ab. d. c. eum quida. num. 5.*

*n c. de eo. extra. eod.*